



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De forma baptismi Ioannis. F

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

scil. sed & baptismum Christi: qui non tantum est
pœnitentia, remissionis peccatorum.

De forma baptismi Ioannis, & de baptizatis ab eo. F

Hic considerandum est, si baptizati à Ioanne
iterum baptizati sunt baptismō Christi, & qua
forma verborum usus sit Ioannes, illi qui bapti-
zati sunt à Ioanne, nescientes spir. S. esse, ac spem
ponentes in illius baptismō, postea baptizati sunt
baptismō Christi. Baptismus autem Ioannis in
nomine venturi tradebatur. Vnde Hieron. super
Ioelem, Qui dicit se in Christum credere, & non
credit in spir. S. nondum habet claros oculos. Vn-
de baptizati à Ioanne in nomine venturi, id est,
Domini Iesu, quia dixerunt, sed neque si Spiritus ^{Act. 19. a}
sanctus est, audiuimus, iterum baptizabantur, meum in
imò verum baptismā accipiebant. Illi vero qui ^{Com. ad il-}
spem non posuerunt in baptismō Ioannis, & pa-
trem & filium & Spiritum sanctum credebant, ^{lud. Ieol. 2.}
non post baptizati fuerunt: sed impositione ma-
num ab Apostolis super eos facta, Spiritum san-
ctum receperunt. Alii vero qui non ita credebant;
baptizati sunt baptismō Christi ut prædictum est:
Vnde Hieron. qui Spiritum sanctum nesciebant
cum baptismū à Ioanne accepint, iterum ba-
ptizati sunt baptismō Christi, ut prædictum est:
ne quis ex Iudeis vel gentibus putaret aquam si-
ne Spiritu sancto ad salutem posse sufficere. De
hoc etiam Ambros. in 1. lib. de Spiritu sancto. Qui-
dam negauerunt se scire Spiritum sanctum, cum princ. cap. 3.
baptizatos se diceant baptismō Ioannis, qui in lib. 1 de Spi-
aduenientis Iesu non in suo baptizauit nomine. ^{Ambr. ad}
Isti ergo quia nec in Christi nomine, neque cum ^{ritu sancto}
fide Spiritus sancti baptizati fuerant, non potue-
runt accipere baptismi sacramentum, baptizati ^{tom. 2.}
sunt ergo in nomine Christi, nec iteratum
est in his baptismis, sed in-
nouatum.

QVID

^{Effundam}
^{spiritum}
^{spiritum}
^{tom. 6.}
^{Hic non te-}
^{netur ma-}
^{gister.}

^{Act. 8. c}
^{Hieron. ad}
^{Oceanum}
^{to 2. in epist.}
^{de unius u-}
^{xoris viro.}
^{Ambr. ad}
^{princ. cap. 3.}
^{lib. 1 de Spi-}
^{ritu sancto}
^{tom. 2.}
^{Act. 19. a}
^{Ibid. paulè}
^{inferius.}